 tentie. Sed tenet ad eam vt ad cessatōez  
 a peccato. et hoc actu et effectu cum circū-  
 stantijs debitis vel opportunis. Ad 2<sup>m</sup>  
 et 3<sup>m</sup> patet ex dictis in 3<sup>o</sup> articulo q' ne-

sciens tenet reddere pauperibus. S; qd  
 adducit ibi de nescientia domini rei in-  
 uente. dico q' res inuenta debz tradi ali-  
 cui persone publice custodienda et in lo-  
 cis publicis pdamari. vt sic dominus q'  
 amittit possit ad eam pertinere. Sed si  
 post talem clamatiōē nullus appareat  
 dominus faciendū est sicut de restitutio-  
 ne vaga. Ad aliud patet q' non ē maior  
 sumptus ponēdus in missione q' valeat  
 illud quod mittit. sed expectanda est p-  
 sentia psonae si quādoq' credat haberi.  
 Si tamē non credat haberi nec nūcius  
 interueniat sine nimis sumptib' tradē-  
 dum est parētib'us. qui si non adint dā-  
 dum est pauperibus. vniuersali enim  
 dando et ymag' pauperibus p aliquo da-  
 tur et bonū spūale. et in hoc sit sibi resti-  
 tutio possibilis quādo nō potest sibi red-  
 di bonū temporale. Ad aliud. si psona  
 poccupans rem alienā sit multū necessa-  
 ria re publice. et esset in necessitate ar-  
 ta. et illa alia psona cui debet sibi arg<sup>m</sup> ha-  
 beret aliquā euidētiā: sed de hoc dicit  
 statim in responsione ad sequēs ar<sup>m</sup> s; si  
 illud iniuste detentū a psona multum  
 necessaria reipu. non sit sibi necessarius  
 simpliciter sed tantū ad saluandū statu  
 suū solennem / sicut q' non licet alicui sta-  
 tum solennē tenere de bonis alienis. nec  
 tantū valet reipu. istius status solennis  
 quē tenet p non restitutionē q' tum valz  
 fidelitas eius et iusticia communis / Ad  
 aliud aut detinens est in extrema neces-  
 sitate. et ille cuius est res nō. sed habz ali-  
 quā citra extremā necessitatē. et tunc dē-  
 cendū q' ista res sit istius detinentis iure  
 poli quo in extreme necessitatis articu-  
 lo ad puidendum sustentationi nature  
 via omnibus extrema necessitate detentis  
 est concessa. extra de verbo. signi. Exiit  
 qui seminat. et est hodie in. 6. de re. Et  
 autem ambo detinens. s. et cuius res de-  
 tinetur sunt i extrema necessitate. si p'us  
 deuenit dominus ad illā extremā neces-  
 sitatem debet reddi domino dupl'ci iur-

re. sicut quia p'us suū / tuz quia iam ex ista  
 necessitate factū est suū / si vero p'us de-  
 uenit detinēs factū esse suū. et tunc d'no  
 post deuenienti ad istā necessitatē nō de-  
 bet reddi quia cessauit dominū eius in  
 re isto. et factū est alterius iure poli / Si  
 aut ambo simul deueniāt / dico q' debet  
 reddi d'no. quia nunquā cecidit a domi-  
 nio / Et si arguas q' magis debet q'libet  
 se diligere q' p'imum. et per cōsequēs ma-  
 gis vitam suā corporalē q' vitā p'imi.  
 et per p'sequēs istā rem simplr necessariā  
 sibi magis retinere q' dare p'imum / s;  
 magis debet diligere vitā suā ordiate vt  
 est diligibilis ad vitā eternā. et ita magis  
 conseruationē iustam vite sue q' conser-  
 uationē iustā vite p'imi. sed nō magis  
 conseruationē iniustā vite sue q' conser-  
 uationē iustam vite p'imi / Sic enī ma-  
 gis debet latro sustinē suspendiū q' occi-  
 dere suspendentē vt euadat. cuius rō est  
 quia dilectio vite corporalis iniuste cu-  
 stodite nō est dilectio ordinata. quia nō  
 est ad dilectionē anime nec dei / Isti aut  
 detinentis in casu vltimo custodia vite  
 de re aliena est iniusta. et cui hoc est etiā  
 homicida. quia iniuste occidit alium q'  
 subtrahit sibi necessariū quod sibi debe-  
 tur / Sed nunqd si post extremā neces-  
 sitatem deueniat detentor in p<sup>o</sup> vel 2<sup>o</sup> ca-  
 su ad pinguiorē fortunā tunc tenet resti-  
 tuere: videt q' sic. quia illam est de possi-  
 bilitate vt allegatum est supra de soluti-  
 onibus. Odardus / Contra res illa facta  
 est istius detinentis per hoc q' fuit in ex-  
 trema necessitate. et per consequēs de h'it  
 esse domini p'mi. q' non est sibi reddēda.  
 Posset dici q' res talis necessaria simpli-  
 citer non posset esse nisi aliquid p'tinen-  
 ad victum et tunc consumeret et iuste. qz  
 iste cōsumēs sit domin' tenet tamē post  
 deueniēs ad pinguiorem fortunā red-  
 dere equiualens. quia obligatio ad equi-  
 ualens videtur ortū habuisse per cōpa-  
 rationem ad illam occupationē p'mam  
 rei aliene que fuit iniusta ante extrema;

necessitatē vt illa obligatio p' extremam  
 necessitatē non est extincta sed sopita. s;  
 si nunq' ante extremā necessitatem occu-  
 passet tunc iuste simpliciter occupasset  
 rem suam. nec ad aliquam tenetur resti-  
 tutiōē. Ad aliud d' gladio patet. ex q'n  
 in 3<sup>o</sup> articulo / Ad illud de adultera dicit  
 tur multiplici. vno modo q' ipa debet  
 reuelare suum crimen filio spurio. et in-  
 ducere eum ad dimittendū hereditatez  
 vero heredi per hoc q' iniuste occupat  
 cum non sit heres / Aliter dicitur et mī-  
 nus valet q' debet reuelare culpam suaz  
 marito vt assignet hereditatez vero he-  
 redi. quod licitum est fm iura imperia-  
 lia. vbi testans p'mo in testamento insti-  
 tuit heredem / Contra p'mam responsio-  
 nem. quia aut filius credit matri. aut nō  
 si credit non est probabile q' ppter hoc  
 dimittere velit hereditatem. quia pauci  
 inueniuntur ita perfecti ut ppter iusticias  
 seruandā in foro dei dimittat magnas  
 possessiōes quas possunt tenere iure ex-  
 teriori / nec hoc potest mater p'sumere:  
 nisi multum prius experta fuisset volū-  
 tatem filij sui. non autem debet se expo-  
 nere certo periculo diffamatiōis apud  
 filium suum ppter incertam correctōez  
 filij / Si vero non crederet tūc eēt duo  
 mala. quia et ipa eēt diffamata. et ipse te-  
 neret hereditatem vt prius / Contra secū-  
 daz responsiōē arguitur. quia et mulier  
 se diffamat et exponit se periculo mortis  
 et maritum periculo vxoriciidij. qz talis  
 possit esse zelator vt sunt multi q' illaz  
 occideret vt ppetuo haberet odio. et a se  
 et ab actu cōiugij expelleret / Ad ista ma-  
 la diffamatiōis mortis vel saltem odiij  
 vel discordie que sunt valde probabilia  
 et videntur vt in pluribus euentura non  
 debet se mulier exponere ppter incertū  
 bonum hereditatis restituende / Et pte-  
 ter hoc in terris vbi p'mogenitus est he-  
 res pater si crederet vroz: nō posset a spu-  
 rico auferre hereditatem nisi in foro pu-  
 blico pbaret eam talem. et tunc oportēs



mulierem diffamari non tantum apud maritum sed apud totam patriam. Dico ergo qd mulier debet laborare qd tantum potest ad hoc qd hereditas reddat vero heredi qd in se est. Dico autem quantum in se est quia non debet se diffamari exponere. sed ex alijs causis honestis filium spurium quantum potest inducere ut dimittat hereditatem. unus modus honestus est ut intret religionem. alius ut sit clericus et recipiat beneficia ecclesiastica. et his qui si sufficientibus contentus hereditatem dimittat alij fratri layco remanenti. sed si per nullam honestam persuasionem potest mater flectere cor filij spurij ut dimittat hereditatem non videtur qd debeat se perdere illi spurio. quia non est certa qd talis impuissibilis ab ipsa i alijs honestis: propter hoc flecteretur. imo forte tenacius teneat concipiens diffamationem sui qd per illam omissionem notaret spurium. et talem notam multum cavent male nati. tunc debet mulier laborare aliunde restitutionem fieri vero heredi quantum potest et secundum correspondentiam iusticie. quia non oportet qd teneat ad restituendum equales totum hereditati. nam multum differat inter habere et pro parte esse aut nunquam habuit hereditatem licet fuerit pro parte iusticia. et id minus qd equales hereditati sufficit si bi pro restitutione. et illud minus determinat secundum arbitrium boni viri. videtur tamen ad minus qd debeat sibi perdere o victu honesto et vestitu si fuit hereditas pinguis ut possit sufficere heredi ad duplum vel ad triplum istius. qd si hoc non possit faciat quod dicit in illo. c. Odardus. Ad ultimum similiter qd iste tenetur restituere beneficium non totum. quia multum inter est inter habere et pro parte esse. sed aliquam portionem correspondentem alicui parti valoris beneficii. et hoc si directe abstulit sibi beneficium intentione damnificandi eum. Si autem indirecte. scilicet procurando sibi ipsi et cum hoc etiam damnificare alium intendebat. tenet ut dixi. Sed si tamen

pro parte utilitati intendebat perdere. et sic procurat sibi et ex consequenti alium propter intentionem illius damnificat. iste ad nihil tenet illi. quia licet unicuique sibi ipsi perdere alio neglecto. Confirmat hoc per illud ff. de noui oper. nunc. l. 2. si piscando venas in fundo meo per quas derivabat aqua ad puteum alterius intentione nocendi sibi teneor ad restitutionem damni sed si hoc factum sine fraude intendes condulere utilitati pro parte. ut quia mihi est utile facere murum qui non potest provenire fundari sine percussione illarum venarum non damnifico alium. quia ius habeo facienda utilitatem meam in fundo meo. Et ff. de regu. iur. Nemo damnum facit nisi qui illud facit quod facit ius non habet. Iste autem habet ius procurandi sibi beneficium servatis circumstantijs iustis et honestis.

**tertio quero**

an damnificans alium in bonis persone. scilicet corporis vel anime teneatur restituere ad hoc qd possit vere peccare. videtur qd non. nullus tenetur ad impossibile. Sed in tali damno quoad hoc est impossibile illi restituere. qd tamen minor pars. quia damnificans non potest reddere bonum spirituale equivalens ei quem damnificavit in bonis anime. similiter si damnificavit auferendo membrum vel occidendo non potest reddere nec illud nec equalis. quia nullum bonum exterius quod est bonum minimum. quia bonum fortune potest esse equivalens bono nature quod est bonum medium secundum Augustinum. primo retractationum. Item retrahens hominem a religionis ingressu damnificat illum in bonis anime que esset habiturus in religione et damnificat religionem subtrahendo illi tale personam. nec tamen tenet ad restitutionem illorum bonorum illi. quia non potest nec ad restituendum religioni personam illam vel equivalentem illi persone.

quia tunc teneret ipse intrare religionem pro eo si non posset inducere alium equivalentem. Contra. 6. q. i. ex merito. deterioriores sunt qui vita bonorum periculis moribus corumpunt qd qui substantias aliorum predia qd diripiunt. Item Exo. 21. Qui seducit virginem et dormit cum ea dotabitur eam et habebit eam uxorem. aut reddet ei pecuniam iuxta modum dotis que virginis solent accipere. Ista damnificatio illa contra castitatem requirit restitutionem castitatis conjugalis reddende pro ea. Item de damnificata in corpore habet extra de iniurijs et damno dato. c. i. si rixanti. et sumit ab Exo. 21. c. Si percussit alter proximum suum et ille mortuus non fuerit sed iacuerit in lecto qui percussit operas eius et ipse in medicos restituet.

**Respondeo**

Hic primo videndum est. de damnificante alium in bonis anime. scilicet in bonis corporis. De primo non intelligitur de bonis naturalibus anime. quia nullus potest sic alium damnificare cum illa naturalia bona sunt bona incorruptibilia. sed de bonis morum intelligitur vel acquisitis que corrumpunt vel acquirendis. quorum acquisitio impeditur. ut. f. de peccatis et vicijs quibus virtutes acquisite corrumpunt vel tandem vicia generantur et que deberent generari ex actibus bonis impediuntur. In istis non potest quis alium directe damnificare. quia peccatum et ois actus vitiosus adeo est peccatum quo voluntarium qd si non est voluntarium non peccatum. secundum Augustinum. de vera religione. ergo sola voluntate propria potest aliquis sic damnificare sed alius potest alium indirecte damnificare inducendo cum ad peccatum et actus vitiosos quibus virtutes corrumpunt et vicia generant. et ista inductio potest esse multiplex. scilicet persuadendo et rogando et. De isto dicendo qd tenet modo sibi possibili restituere sibi damnum. scilicet inducendo eum efficaciter ad pe-

nitentiam et ad actus virtuosos. et si sola inductio non sufficiat. quia facilius est pervertere qd convertere. tenet et per se oratio et per orationes aliorum procuratas impetrare sibi conversionem. et per alios plus fortes efficaces. dum tamen illis non peccat peccatum occultum illius alterius. et hoc patet quantum periculum est alium sollicitare et inducere ad peccatum. quia vix potest oisne restituere cum voluntate illa allecta ad peccata vix possit persuasionibus et alijs multis vijs reducere ad virtutem. Responso b. satis patet. quia cum virtutum bona sint maxima secundum Augustinum. primo retractationum. plus damnificat qui in istis damnificat qd qui in quibuslibet alijs. et per consequens plus secundum iusticiam tenet ad restituendum proximo tale bonum quantum sibi possibile est.

**De secundo**

damnificans in corpore aut intulit vitium damnum. scilicet mortem. aut aliquod aliud damnum circa mortem. et hoc dupliciter. vel irremediabile vel remediabile. Exemplum de primo. mutilatio. et de 2. vulneratio. vel alia lesio curabilis. Et si in mutilatione dupliciter. quia vel est enormis que impedit ex toto actum humanum alique qui competet homini secundum illam partem amputatam. ut in manu dextere amputatione. ubi aufert ois actus humanus natus competere secundum illam manum vel non enormis. id est non impediens actum humanum. ut amputatio digiti vel alius cuius partis digiti. De istis omnibus damnis videndum est primo quid posset omnibus iuste restituere. scilicet quid statutum est. De primo dico qd si lex talionis in omnibus his statueretur iusta esset. quia non est facile ut pro damno tali illato homini fiat retributio equalis per bona aliqua fortune. quia non equalent. Si obijciatur. qd lex moysaica iudicialis remaneret. et tunc in lege nova liceret iudicare quantum ad iudicialia.

R<sup>o</sup>. lex aliqua pot habere robur vt a legiflatore in comunitate vbi statuitur & tunc vnde accipitur ratio statuendi non habet robur vt statuta ab alio s; vt ab isto; & hoc modo iudicialia multa legis moſayce poſſent a papa & ab impatore ſtatui a chriſtianiſ obſeruantia nec obſeruentur vt a Moſe ſtatuta: ſed vt a legiflatore euangelico nec hoc eſſet iudaizare. quia non ſeruat lex iudicialis quia moſayca. ſed quia eadem ſtatuitur a p<sup>r</sup>incipe qui pot ſtatuer leges in lege chriſtiana. Iſtud probatur p<sup>m</sup>o de facto. quia multa talia in decretalibus ſumuntur ex iudicialibus legis moſayce vt p<sup>3</sup> extra de iniurijs & damno dato. c. p<sup>m</sup>o & ſequentibus: que oia ſumuntur ex exodo. 22. & 23. & ſeruada ſunt hodie: vt iura canonica non vt in lege moſayca.

Doc p<sup>3</sup> etia p<sup>o</sup> duo exempla. Nam comunitas aliqua videt aliam bene legibus ordinatam pot illas leges quas iudicat rationales vt utiles ſibi aſſumere. vt ille qui habet aucto<sup>r</sup>itate condendi leges in iſta comunitate ſtatuat iſtas hic obſeruari. & tunc obſeruantur hic non quia leges illius comunitatis ſed q<sup>2</sup> ſtate a legiflatore in iſta comunitate.

Patet etiam hoc in ciuitatibus vbi eſt regimen p<sup>o</sup> poteſtatem & intrinſecum preſident<sup>o</sup> vbi vna accipit leges alterius & ordinat eas in ciuitate iſta ſeruadas. p<sup>3</sup> etia in regnis ſicut leges fracie: poſſet alius rex accipere & ſtatuer eas in ſuo regno ſeruadas. Patet etiam in religionibus quia p<sup>o</sup>ſtutiones & ordinatōes vnus religionis alia videt eſſe honeſta & b<sup>n</sup> convenientes ad obſeruationē vite regularis poſſet ſtatuer vt ille in iſta religione obſeruetur: nec obligaret tunc p<sup>r</sup>dicatores. quia ſunt ordinatōes fratru minoru. ſed quia a caplo generali p<sup>r</sup>dicato<sup>r</sup> ap<sup>r</sup>obate. Sic in p<sup>o</sup>ſito d<sup>o</sup> iudicij legi Moſy. Nec mir<sup>o</sup> quia deus non fuit fatuus vt daret illa iudicia d<sup>o</sup> rōez. imo leges ipſialis codicis multa inueniuntur

ſatis p<sup>o</sup>ſona multis iudicij legi Moſayce Et licet dederit aliqua valde dura q<sup>2</sup> non oportet in euangelio ſeruari ſamē multa dedit rationalia valde etiā p<sup>o</sup> ſtatu quo cuq<sup>2</sup> in hac vita mortal<sup>o</sup> Et ideo ſi iſta ſtatuantur a legiflatore obſeruada p<sup>o</sup> quo cuq<sup>2</sup> tpe iuſte ſtatunt. Et hoc modo ſi ſtatuerentur ab aliquo blaſphemū aduſerum idolatra debere occidi. multo iuſtus ordinat q<sup>2</sup> q<sup>2</sup> fur ſuſpendatur vt poſt patebit. ſed patet ad quid aſpiciunt plus p<sup>r</sup>incipes. quia ad p<sup>o</sup>modū tempale q<sup>2</sup> ad honore dei & p<sup>o</sup> hoc plus puniunt & repemere volūt peccata in p<sup>r</sup>imū q<sup>2</sup> in ocu. vt patet. De 2<sup>o</sup> quid ſc<sup>3</sup> ſtatutum eſt. R<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>r</sup>imo dāno & maximo ſc<sup>3</sup> vite ablatiōe regularit in multis coſtatibus ſtatuta eſt lex talionis. ſ. vt homicida moriatur & ratiōabil<sup>o</sup> quia. ſ. non ſolū hoc cōpetit legi moſayce: ſed etiā legi naturali & approbatū & ſoſmatū eſt in lege euangelica a xpo. Math. 26<sup>o</sup>. Omis qui gladio occidit gladio p<sup>r</sup>ibit: & p<sup>o</sup> ſequens vbi cuq<sup>2</sup> let talis de vita p<sup>o</sup> vita reddeda ſtatuta eſt. iuſte v<sup>3</sup> hō patienter ſoluē illā penam que ſi alicubi non ſit ſtatuta nullus v<sup>3</sup> eā ſibi inferre: quia nullus v<sup>3</sup> eē homicida ſui ſine ſp<sup>r</sup>iali p<sup>r</sup>cepto dei ſed expedit ibi q<sup>2</sup> exponit vitā ſuā in cauſa iuſta. vt poſte d<sup>o</sup> inimicos eccleſie p<sup>o</sup> reſtitutōe faciē illi cuius vitā abſtulit. Qui ſi nec tāta reſtitutōez velit facē non pot<sup>o</sup> omino eſſe imunis a reſtitutōe: ſic quidā fatuſ faciunt. abſoluāt homicidas non eis omdentes reſtitutōem neceſſario incubentē q<sup>2</sup> ſi facilius poſſit tranſire hoicida q<sup>2</sup> vt iſta d<sup>r</sup>ca canicida v<sup>3</sup> bouicida quia ſi occidifſet d<sup>s</sup> bouē p<sup>r</sup>i ſui v<sup>3</sup> canē non abſolueretur ſine reſtitutōe tenet q<sup>2</sup> ad reſtitutōne ſp<sup>r</sup>ialē equiualētē vite quā abſtulit. ſic pot<sup>o</sup> eſſe equalētia in talib<sup>o</sup> nec hoc ſolū ſ; ſi interfect<sup>o</sup> ſuſtēbat aliq<sup>2</sup> p<sup>r</sup>ez v<sup>3</sup> matrem vel propinquos tenetur interfecto<sup>r</sup> omnibus illis ad tantam reſtitutōnem quantam illis abſtulit per interfectionē illius Et quia vix poſſ; aliq<sup>2</sup>

oigne recōpenſare p<sup>o</sup> actōnes illud quod abſtulit homicida expeditur ſimpliciter ſic talis q<sup>2</sup> ſoluēt p<sup>o</sup> paſſiōes volūtarias vel patienter ſuſceptas. vt. ſ. occideret p<sup>o</sup> homicidio Et iō optime p<sup>r</sup>iſū eſt cōtra vbi ſtatuta eſt lex talionis in cā hoicidij. patet enim quantum de<sup>o</sup> detestatur homicidij quando David qui tamē iuſte occiderat voluit edificare ſibi domum quia fuit effuſo<sup>r</sup> multi ſanguinis humani p<sup>r</sup>ibitus eſt a deo Si ergo iuſtus occiſor non acceptatur ad cultū dei / inuſt<sup>o</sup> occiſor vbi apparebit / hoc ergo quod dicitur eſt ibi eſt dictum de iniuſte occidente Sed quis eſt iuſtus occidens / R<sup>o</sup> ſio habet. 33. q. 5. Si non licet. & intituatur ibi Aug. ſ. de ciui. dei. His inquit exceptis quos lex iuſta generalit<sup>o</sup> vel de ſpecialiter iubet occidi quilibet homines occidit criminis reus erit. Que autē ſit lex iuſta tpe determinat de libero arbit<sup>o</sup> p<sup>o</sup> p<sup>r</sup>imo breuiter. Nulla niſi que vel deſcendit a lege diuina / ſicut conſuſiones p<sup>r</sup>actice a p<sup>r</sup>incipijs p<sup>r</sup>acticiſ vel q<sup>2</sup> concordat legi diuine ad minus que non deſcordat. Ad propoſitum lex diuina abſolute p<sup>r</sup>ibuit non permittas hominē occidi: nulli licet infero<sup>r</sup> in lege ſuperioris diſpenſare / ergo nulla lex poſitiua conſtituens hominē occidendū iuſta eſt ſi in illis caſibus ſtatuat quos deus non excepit / Exceptit autem multos. vt patet in Exod. ſ. blaſphemum / homicidam / adulteru<sup>m</sup> / & multos alios / nullus ergo ſin iuſtam legē occidit / nec lex poſitiua inſigit homicidium ſi non excipitur ille caſus a deo prohibente homicidij. Et ſi obijcias ſergo lex eſt iniuſta que precipit furem occidi quia deus non excepit ab illo p<sup>r</sup>cepto negatiue. non occides. peccatum furti / immo manifeſte oſtendit ſe nolle excipere fures: nec velle eum plecti morte. quia inſigit furi alia penam / R<sup>o</sup>. conſtat q<sup>2</sup> deus in lege Moſy vel euangelica explicite non excepit peccatum furti ab illo p<sup>r</sup>cepto. non oc-

cides. vt. ſ. propter hoc peccatum liceat hominem occidere / & ideo niſi reuocauerit aliqua reuocatione ſpeciali q<sup>2</sup> non habetur ex ſcriptura / nec de bulla ſuper hoc deſcendente de celo audiuimus / non video q<sup>2</sup> lex aliqua iuſta poſſit ſtatuer hominē occidi pro furto ſolo ſiſico autem ſolo ſiquis eſt fur / & cum hoc inuſa ſo<sup>r</sup> p<sup>r</sup>efumitur homicida / quia vult occidere & ad hoc paratus eſt aliquis ſibi reſiſtat / hoc patet p<sup>o</sup> illud Exod. 22. de fure nocturno & diurno. fur nocturnus im<sup>o</sup> pune occidit / qui autem intrantem domo ad furandum occidit homicidij reſiſtat / cauſa diuerſitatis eſt hec / quia p<sup>r</sup>efumitur q<sup>2</sup> qui de nocte furatur occideret ſibi reſiſtentē ſi poſſet / non autem qui die intrat / Eſto etiam q<sup>2</sup> aliquo modo licuiſſet iudeis pro furto occidere: magis videtur per miſericordiam euangelicā iſte rigo<sup>r</sup> reuocatus q<sup>2</sup> rigo<sup>r</sup> cōtra adulterium / quia peccatū furti eſt multo minus q<sup>2</sup> adulterium. iuxta illud Prouer. 6. Non grandis eſt culpa cui<sup>2</sup> quis furatus fuerit / furatur enim vt diuente impleat animam / deprehenſus quoq<sup>2</sup> reddet ſeptuplum. Sequitur. Qui autem adulter eſt propter inopiam cordis perdet animam ſuam / Sed pena de adulterio eſt reuocata in illo. Joh. 8. Nemo te condemnauit mulier. nec ego te condemnao. vade iam amplius noli peccare. Multo magis ergo reuocatus eſt rigo<sup>r</sup> contra furtum ſi fuiſſet ſtatutus in lege moſayca De alia damnificatione in corpore. ſ. mutilatione enormi vel non enormi communiter non eſt ſtatuta in eccleſia reſtitutio niſi pecuniaria. & illa debz reſpondere non ſolum damno quod incurrit quis per mutilationem pro toto tempore futuro quo vſurus eſſet d<sup>s</sup> mēbro abſiſo / ſed etiam expenſis apoſitis in curatione / & hoc dicit capitulum allegatum. extra de iniurijs & damno dato / & vltra placationi ipſius leſi que requiruntur etiam ſi non eſſet talis mutilatō

21. d. 2.

q. 1. de re iud. c. 1. de re iud. c. 1.

4. 3.

1. de re iud. c. 1.

z consolatori ipsius afflicti. quia perpe-  
tua est sibi desolatio de tali mutilatione  
Plus etiam est ponderanda mutilatio  
pauperis q̄ diuitis si magis egebat pte  
absicta ad victum necessarium; qz vñs  
fuitet parte illa ad pcurada necessaria  
licet ex alia parte sit quedam conditio p̄  
ponderans. s. dignitas persone sed hoc  
parum est respectu prime conditionis.

**Ad argumeta.**

**Ad** primum patz quomodo possibile est re-  
stituere bonum anime in primo articulo  
z bonum corporis in 2o restituendo bo-  
na exteriora correspondentia vel p oc-  
cissione bona spiritalia ipsi occiso. Ad  
2m dico qz si extraxit de religione aliquē  
iam obligatum ad religionē obligatiōe  
p̄fessionis tenetur agere ad restitutionē  
vt. s. ille redeat ad religionem. Sed si al-  
quem dispositum ad intrandū retraxit  
ne intraret; quia interest inter habere et  
prope esse; non tenetur ad tantam resti-  
tutionem religioni ad quantam si fuis-  
set in religionē sed tenetur ad aliquales  
restitutionem; puta ad aliqualem indu-  
ctionem alterius aequaliter equiualen-  
tis ad ingressum illius religionis. hoc  
intelligendum est si illum retraxit inten-  
tione damnificandi religionem; si autēz  
intentione consulendi vtilitati pp̄te si-  
ne fraude non tenetur religioni; sed in p-  
mo casu; z in secundo tenet persone quā  
retraxit. vt in persuasionibus z alijs bo-  
nis spiritalibus ad equiualentiam bo-  
nis illis in quibus illō retrahendo dam-  
nificauit.

**Quarto que**

ritur. vtrum damnificas  
aliquem in bono fame te-  
netur ad restitutionē. ita  
qz penitere vere non possit nisi fama; re-  
stituatur. videtur qz non. extra de calum.  
c. l. z. 2. Infamis est denunciator vel ac-  
cusator falsi criminis. ergo negans verū

crimen sibi impositum iniuste infamat  
accusantem. quia ostendit eum accusa-  
tozem falsi criminis. z tamen iste negas  
tale crimen sibi impositum non tenetur  
famam restituere accusanti. quia magis  
videt accusans debē restituere famā accu-  
sato cū non possit pbare crimē sibi im-  
positum. Item tenet q̄libz magis zelare  
p fama pp̄tia q̄ p aliena sicut magi ol-  
ligere seipsū q̄ pximū. s. accusatus i pu-  
blico de crimie occulto nō p̄t famā suā  
custodire illeā nisi indirecte alterz offi-  
mādo. negādo. s. crimē sibi impositū. et  
ita denotādo euz delatorē falsi criminis.  
s. iste fm rectā rōnem tenet eū diffama-  
re licet indirecte. z p p̄ns nō restituere. qz  
in pmo actu n̄ egit iniuste. Contra Aug.  
ad Macedo. ep̄la. 2. z ponit. l. 4. q. 2. c.  
l. Nō dimittit peccatū nisi restituat abla-  
tū si restitui p̄t. Itē puer. 2. Melius est  
nomē bonū q̄ diuitie multe. s. p̄ ledit  
pximum qui aufert ei nomē bonū q̄ q̄  
aufert diuitias. si ergo sibi tenet fm iusti-  
ciam restituere multo magis hic.

**Respondeo.**

In genē pōt  
tripliciter diffamare. vno modo falsuz  
crimen imponendo; 2o modo veruz cri-  
men tamen occultum non seruato ordi-  
ne iuris in publico pponendo; 3o modo  
veruz crimē sed occultū in publico tñ sibi  
impositū negādo; qz in hō negas nōt im-  
ponētē de mltātia. In pmo dico qz oz  
restituere famā retrahēdo verbū suum  
vel qd sibi iposuit z hō ita publice sicut  
sibi iposuit. qz als nō fuit iusticiā i red-  
dendo pximo qd suū est. Et si obijct qz  
magis tenet zelare p fama sua q̄ aliena  
nō aut possit illi reddē famā suā retrac-  
tādo vbi suū nisi seipm diffamaret. Rō  
sic dicit in pma qōne de restōne r̄fione  
ad 5m ar. qz bona corporis vel exteriora  
nō sūt diligēda nisi in ordine ad bonum  
aic. z ad deū. hoc aut nō est nisi vt pos-  
sint iuste p̄petere illi qui diligit. Et iō s̄  
cut sibi d̄ dilectōe vite p̄pe corporis dicit

q̄ bona exteriora in corpore nō sūt  
diligēda nisi in ordine ad deū

ita dico hic de dilectōe fame pp̄tie qz q̄  
liber cui p̄t iuste p̄petē in se fama debet  
magis diligē illā q̄ alteri cui n̄ pōt iuste  
cōpetē. Sed si sibi non pōt p̄petē nisi in-  
iuste; alteri aut iuste magis; oz diligē al-  
teri cui iuste cōuenit q̄ sibi cui iniuste. z  
ita est hic. accusato enī d̄ falso crimie in-  
ste cōuenit fama; accusanti aut post talē  
accusationē iniuste nō solū qz mēritus ē  
in accusando. sed qz publice mēritus est  
in quo sufficiens z iudicabilr se diffama-  
uit. Et iō postea directe ofidens innocē-  
tiā alterius cui tenet in hoc z indirecte  
nocentiā suis nō tūc pp̄te diffamat sed  
tūc amouet falsā laudē quā iste post ac-  
cusationē mendacē indignus ē. Ex. q̄  
fornicat tribz videntibz illi postea accu-  
santes nō diffamāt illū. s. ipemet se of-  
famauit in facto illo publico; qz breuē  
cōmittendo qd cūqz crimē publice in-  
currit lesionē dignitatis. z sic amittit fa-  
mā q̄tuz est in se nec publicatio illa po-  
stea p qua notificat illa lesio aufert sibi  
famā. sed tñ modo facit ouenire magis  
in publicū illud qd ex natura actus cō-  
misi p̄s simplr erat publicū. Et si que-  
ratur. aliquis nō iponit in publico tale  
crimē aliq̄ sed murmurat vel indiscrete  
loquit. vel alicui corā multis narrat. tñ  
nō tanq̄ sibi certū. sed sic se audiuisse.  
nūqd tenet restituere? Rō. rara fides iō  
est. qz multi multa loquunt. Et iō dices  
se tñ audiuisse nisi ex mō dicēdi osten-  
dat aliquam maiorē certitudinem q̄ ex  
cōmuni relatione non aufert ex natura  
actus in opinione aliorum famā isti. qz  
si illi firmiter cōcipiant illā de quo ē ser-  
mo criminōsū esse leues sūt; qz qui cito  
credit leuis ē corde. puer. 6. Verūtamē  
quia a scandalo pusillorum oportet ca-  
uere. iuxta illō Pauli. i. ad Cor. Si px-  
imum scandalizem non mādūco carnes  
in eternum. z multi sunt tales pusilli le-  
ues ad credendum mala. ideo est pericu-  
losuz eis talia audita ex relatu eis refer-  
re. Et si fiat hoc animo malo ledendū. s.

illum de quo est sermo. non est facile ex-  
cusare quin sit contra charitatem. z per  
consequēs mortale peccatum. Si autēz  
fiat coram talibus ex inconsideratione  
durum est qz exeat genus peccati venia-  
lis. quia lingua in lubrico posita est. z qz  
nō offendit in verbo hic peccat est vit.

**De secundo dico**

qz non tenetur retractare verbum suuz  
quod proposuit in publico. quia hoc fa-  
ciendo mentiretur cuz sciat illud quod  
proposuit esse verum. z non tenetur mē-  
tiri propter quodcūqz bonum reddē-  
dum alijs. Sed tenetur alio modo licito  
reddere sibi famā. vtpote per hūmānōi  
verba. non credatis eum esse talem. ma-  
le enī dicit z fatue dicit. hoc quidē vera  
sunt. male dicit. fame dicit quia non ser-  
uato ordine iuris. p̄posuit etiam in pu-  
blico quod non est verum publicum. et  
persuasio ista. non reputetis istum ma-  
lum bona est. quia quilibet p̄sumen-  
dus est bonus donec probet contrariuz;  
iuxta illud extra de scrutinio in ordine  
faciendo. c. vñco. Humana fragilitas il-  
lum quem indignum esse non nouit of-  
fensum debeat estimare. Sed iste non ē p-  
batus malus corā istis. ergo huius est  
persuadere eis qz ipsi non reputent eum  
indignum nec malum.

**In tertio membro.**

dico similiter qz non tenetur retractare  
negationem suam qua negauit in publi-  
co verum crimen sibi impositum. quia  
non tenetur quicūqz statim in iudicio  
confiteri se reum nondum conuictus; se-  
natur tamen per quedaz verba solennia  
vt dictum est in proximo articulo resti-  
tuere famam illi accusati quem indire-  
cte notauit de calumnia. dicendo nō ha-  
beatis eum pro calūniatore quia credo  
qz habuit bonam intentionem propo-  
nendo. vel forte se credidit probare in-

Handwritten marginal notes in Arabic script, including a small diagram of a human head with lines pointing to the mouth area.

rentu suu r deceptus fuit. Sed de illo qui negat tale crimē vep sed priuatu in publico sibi oppo nūquid peccat moztaliter. videt q sic. qz mēitur r menda- tio pnicolo r reipub. quia respública ppter eius mēdaciū publicū impedit a pūitione eius iusta r psona accūfati quia p hoc notat de calūnia. R. iuste. qd iusta ē exequire. deul. non g respu. oia mala dz punire. Sz q cū hoc q sunt puniēda pōt ista ptas iuste punire. illa aut sūt q cozā iudice seculari sufficiēter pnt pbari. Et ideo nō ledit resp. si oīnū iudiciū excedat iudiciū ei/ vt aliq refer uentur oīno iudicio sup q nō pōt esse in stum iudiciū resp. quia hō videt ea que patēt. deus aut intuet cor. i. R. b.

Per hoc pz ad obicctiouē: cū oī q est r repu. r cū dicit q ē pñitiosū r accusantē dico q nō ē vep sed ipemet ē sibi pñitō sus qui eo mō pponit quo nō debet p ponere imo nō debet nō pponere. Et iō impuret sibi si aliq infamia sequit. quia ipe est cā. nō aut ille negās. qz defendit i nocentiā suam in publico vbi nō est nocentē habēdus ē p nocente donec fue rit pūctus. Sed remanet difficultas si peccat mētiēdo p se/duz videret q d liber accusatus in publico ab vno stati teneret de necessitate salutē i publico cō fiteri illud/ r sic stati exponere se patibu lo i iudicio sanguis. Sed hūdo oculum nō tñ ad penā/ sz ad honestū r inhone stū nō apparz q iste honeste r fm rectā rōez debeat p fiteri cozā tali iudice. quia ipe plusq quicūqz ali? accusās singlaris auferret sibi famā/ qz p fiteri r se in iudicio creditur. Quid g. cauta ē respōsio iuristar/ nego pposita vt pponuntur. r hec quidē sine mendacio pnt dicit in p posito. qz pponit in publico r vt publica r publice pbanda/ sic aut negare ea pōt quis si scit ea nō posse pbari i publico. Qz si iudex vrgat eū vt p fiteat p posituz vel vt publice neget respondere possit q ipe rndit sufficienter ad accusa

tionē. r sicut ē modus iuris perid rñdere nec ab illa rñsione vult declinare faciat iudex erga accusantē quod iuris ē. Sz nunquid si neget intēdens tñ negare illō vt ppositū ē. f. vt publicū sicut sacerdos facit de p fesso dicens nihil mali scio istū fecisse/ qz loqitur vt in publico fandiūte autem in alio foro nunquid tenet iste q negauit de illa negatione penitere. R. bonaz mentū ē culpam agnoscere vbi culpa nō est. ol. 5. Ad eius. r intitulat Greg. r ideo multo magis vbi dubitaf an sit culpa r qlis culpa bone mentis ē culpā agnoscere. r ideo in tali casu tutū est post talem negationē penitere indisti cte de hoc tanq de tali quale est. vtpote sū tali indistinctione si mortale tanq d mortali/ si veniali tanq de veniali.

Ad argumenta. Ad p mum patet ex isto 3. articulo. Ad 2. si argu tur de illo qui nō seruato ordine iustitie in publico accusat negauit/ pcedo q ille nō tenetur restituere famā accusati. immo accusās accusato. r impuret accu sans diffamatoem sibi ipsi. qz r impudē ter r iniuste egit in publico accusando p uatū. Si aut illud ar. fiat de mendaciū accusante innocentē qui nō pōt accusa to reddere famā nisi seipsū infamet/ patet responsio ex pmo articulo qōnis. qz nō ē dignus fama post tale mendaciū publicum. alius autem dignus ē fama. Ideo debz fm iusticiā sibi reddi.

Di. 16. In perfecti

one aut pñie. r. Circa istā ol. quero. vtz ista tria pñitio p fessio r satisfactio sint ptes penitētie. pbo q non. peccatū est simplex defectus. g pōt p p tere sibi simplex remediū. pñia est tale remediū g r. Item si essent ptes pñie aut ergo integral. s aut subiectiue. r ac cpio integralis cōlter ad ptes ecntiales

r quantitatus/ nō integrales. qz totū nō p dicit de tali pte/ pteri aut ē penitere: r pñieri ē penitere: r satisfacē ē penitere: g r Nec sūt ptes sibiue: qz in qualibet pte sibiua pfecte saluat rō totū sine alia pte for. n. ē pfecte hō oato q plures nō eēt in spē humana: sz in pñititione sine alijs nō saluat pfecte rō penitētie g r. Item si effēt ptes pñie aut penitētie virtutū/ aut pñie sacramēti/ nō pñimū quia peniten<sup>a</sup> virtus ē simplex forma in aia quia spūa lis. r p psequēs indiuisibilibs/ consilr cō fessio r satisfactio nō sunt spūalia/ sz sen sibiua extra mentē. Nec 2. quia omne sacm ē signum sensibile/ vel pñitit in sig nō sensibili/ pñitio non ē aliquid sensibi le/ sz spūale quid in aia g nō ē pars sacri Item nulla ps ē posterior naturalī or dine suo toto. sed pñiam sacramētū seq tur nālī ordine satisfactio. g r. Item fru ctus nō ē pars eius cuius ē fructus. patz exemplo. vt pomū nō ē ps arboris/ r rō ne. quia fructus ē vltimū quod expecta tur de eo cuius ē fructus/ nulla aut pars eius ē tale vltimū sed satisfactio ē fruct<sup>9</sup> penitētie. fm glo. sup illud Math. faci te dignos fructus pñie. r fm Iniam Au gu. de vera r falsa penitētia. r ponit in ista ol. c. 2. Contra magr in lra qñi oī eit q ad pfectionē penitētie ista tria rqui runq nō aut requirunt ad pfectionē ali cuius intrinsece loquēdo plura/ nisi sint aliquo modo ptes eius.

Hic intelligendum

est. q pter istū modum q accipitur penitētia p sacramento pñie: penitētia vt magis penitere pōt multiplici ali acci pi. sicut. n. habetur ex dictis ol. 14. q. 3. pñitit habere iusticiam quandā vindica tiuam peccati p pñit. Et pñimum ei ē ac tus pñius eius illicitus qui ē quoddaz velle impatiuum pene vt culpam vindi cantis in 3. gradu ē effectus pñimus istius actus eliciti qui effectus ē act<sup>9</sup> ali quis vel actus aliqui ad quē vel ad qō

sequitur pena vindicatiua/ nō. n. pōt vo luntas p actum volendi impare penā/ nisi pns impando cāz pene quia passio nes nō sunt in pñate volūtatis nisi medi antibus actibus. 4. r vltimo sequitur pena psequēs istum actū impatiū ab ac tu elicito ipius penitētie virtutis/ r ista pe na ē effectus remotus illius actus eliciti. Patet aut distinctio isto p oīuz p pos se separi ab inuicē. pōt. n. virtus illa esse sine actu suo elicito. p. de se r conuerso quia vt dictū ē pñius actus pformis re ce ratiōi natus generare virtutē potest haberi anteq aliquid vtutis habeatur. quia ē generatiuus pñi grad<sup>9</sup> vtutis. Consilr actus ille elicitus qui ē 2. pōt esse sine 3. i. sine actu imperato/ quia n statim ad actū impū in volūtate sequit actus qui impatur quia volūtas impe rans nō ē omnipotēs. Et ecōuerso. 3. m il lud pōt ee sine 2. f. actus aliquis causa tiuus pene sine actu volūtatis impante actū istuz. sicut pōt habere quis detesta tionem peccati s se cōmissi imēdiatē ex ptemplatōe del licet nō impet talē actuz elici vt vindicatiū culpe. Pōt etiam ee 3. sine 4. quia nō semp ad actus illos qui eēt nati generare penā: sequit pena ppe aliquā indispōitōez forte i ipsa po tētia susceptiua pene. sicut non semp ad volūtionem vel odiū peccati odiū cōm missi sequit tristitia vt pns dictum ē. Pōt etiā 4. separi a 3. qz illa pena pōt ee sine actu illo ordinato q natus eēt pe nam illā causare. qz ille act<sup>9</sup> vt ordinat nō ē causa pñia gnationis pene illius. g istoz quodlibz sine quolibet ee pōt. r q libet duo vt tria. sine quolibz vt quibus libet alijs. Ad ppo. de hoc vocabulo penitere. p pte vt dictū ē pñius ē penam tenere. tenere aut includit r actionez te nentis. f. q voluntarie teneat r applica tionē pene sibi q in se teneat. Pōt g ha bitus ille dicit penitentia. quia qucdā ha bitualis tenētia pene. sicut pncipium ha bitualiter inclina ad ifligendā sibi penā



Handwritten marginal notes in the right margin.

Handwritten marginal notes in the right margin.

Handwritten marginal notes in the right margin.

Handwritten marginal notes in the right margin.

Handwritten marginal notes in the right margin.



voluntarie actus ei pot dicit pnia actus  
lis vt penite. qz qoda velle inflictm pene  
subiupli. Et actus ille pxim? ipeiatu) ab  
actu elicto isti? pot dicit penite: qz e vo-  
luntarie hre in se pena saltē i ca sua. nec  
ali? pot eque pncipalit? voluntarie hri sic  
in ca 4<sup>m</sup>. f. puniri pena sequēte actu illū  
nō ē pprie penite. sz magis vt ita dicitur  
peniteri. i. pena teneri vt vltimatus puni-  
ri. Ad pposituz trīa p̄dicta nullo mō  
sūt ptes penitētie vtutis vt arguit ē ad  
pncipale. quia illud ē quedā forma sim-  
plex i voluntate vt caritas vt q̄cūq; alta  
iustia. Et p aliud pz. qz illō ē pmanēs  
sic pmanētia p̄tinet ad vtutē. p̄ticio au-  
tē cōfessio / z satisfactio sūt q̄da hntia eē  
in fieri / pmanēs aut nō p̄stat ex partib?  
hntibus eē in fieri. Item ista duo 2<sup>o</sup> nō  
sūt in voluntate vt in sbos sed sūt quedā  
exteriora. Consiū dīco qz nō sūt partes  
pnie 2<sup>o</sup> mō dīce. qz actus ille ē quidā  
act? simplex sic ē actus vtutis simplicis.  
pz etiā ex alio quia ille actus ē imediare  
volūtatis vt elictus a volūtate / sz p̄fēs-  
sio z satisfactio nō sūt actus imediare  
elicti a volūtate / sz impati? sed loquēdo  
de p̄tia 3<sup>o</sup> mō. f. put ē causa p̄tia ipius  
pene infligēde q̄ causalē actus impar? ab  
actu pnie vtutis / sūt ptes p̄t ponit ista  
trīa / sz p̄sūt istius q̄ri qd est puniri ptes  
p̄t ponit tres pene q̄ p̄comitat istos tres  
actus / z hoc mō iustia p̄mutatā vlr re-  
spicit equalitatē in p̄mutatōe n̄ rei / sed  
magis fm rectā rōnem / sz hoc mō iustia  
punitiua q̄ ē quedā p̄mutatā in punitōe  
ne respic̄ penā equalē siue p̄mēsuratā il-  
li culpe. z h<sup>o</sup> fm rectā rōez illius legis sz  
quā ipa ē vindicatia / lex aut illa sz qua  
p̄tia vtus ē vindicatia dīcat culpāz de-  
bere ordinari / z per penā intrisecam trī-  
sticie / z penā extrisecā duplicē verecū-  
die. f. z afflictionis siue laboris corpalis  
sicut colligit ex diuersis sc̄pturis que cō-  
tinent legē illā. sz illa p̄a siue puniri qd  
m̄det culpe integrat trib? penis. Et p̄sūt  
ter cā p̄tima illius pene o3 qz integratur

ex cāis pp̄is istaz penaz / Es aut p̄pa  
tristia e interioris ē detestato peccati cō-  
missi a seilue displicentia d̄ peccato / z sz  
includit duas cās p̄tiales. f. p̄sideratōez  
peccati p̄missi / z nollitōez eius / z inter  
istas p̄ncipalioz ē causa nollitō: ipa etiā  
posita necessario ponit aliā non ecōiē  
sol? iste q̄ actus q̄ est p̄tia cā p̄tia trīsti-  
cie dicit p̄ticio / 2<sup>o</sup> actus q̄ est cā p̄tima  
erubescētie vt verecūdie d̄ p̄fessio vbi pec-  
cātū occultū p̄palatur hoī / 3<sup>o</sup> cā p̄ti-  
ma vt p̄tia tertie pene ē opus aliquod  
laboriosū vt penale / Sic q̄ pena p̄tia cō-  
r̄ndens culpe fm iusticia vindicatia h3  
tres penas p̄tiales que sūt ptes vni? pu-  
nitionis p̄fecte o mō quo tres restitu-  
tiones eēt ptes vni? restitutionis p̄fecte  
illi qui fuisset tripl̄ dānificatus ita tres  
actus ad q̄ sequūt isti tres pene sūt par-  
tes vni? cāe sufficienti p̄tine resp̄c p̄-  
ne condigne / De p̄tia facio dīco. qz ista  
trīa nullo mō sūt ptes eius. qz vt dicitur  
ē dī. 14. Penitētia sacm ē illa absolutō  
sacralis facta certis vbiis zc. Du? aut n<sup>o</sup>  
ps ē p̄ticio que ē quodda sp̄iale in aīa  
neq; p̄fessio. qz nihil ē ipsius sentētie sa-  
cerdotis / sed actus rei accusantis se neq;  
satisfactio / sed sequitur illā absolutōez  
sacramentalē. / Dec tū trīa ad sacramē-  
tum pnie ad hoc: vt digne recipiat req̄-  
runtur vel p̄tia vt sequētia / Simpliciter  
eni requirit p̄fessio: quia sacerdos n̄ ab-  
soluit arbitrarie nisi p̄stus sibi fuerit  
accusatus i foro illo. / Nō est z vtilis illa  
absolutio nisi p̄ccat in p̄stere aliq̄ con-  
tritiō vt attritiō / ptes istius dīstinctionis  
patēt ex dīctis s̄. Sufficit. n. qz aliqua dī-  
splicētia licet informis p̄cedat / z tūc ille  
capax ē absolutōis sacramentalis. z per  
illā sit contritiō / satisfactio aut debet se-  
qui sacm penitētie ad hoc vt habeat ef-  
ficaciam / z hoc i re vt i votomisi iudex  
posset p̄pendere illas penas alias p̄ce-  
dentes sufficere ad totalis pene solutōez  
ista. n. sentētia sacerdotis sic absoluit qd  
tamē ligat. absoluit quidē a debito pene

eternae. Sz ligat ad solutōez pene sp̄al/nl  
si sit sufficienter iam soluta / ipa etiā vel  
nullo mō absoluit vel saltē nō efficacit  
nisi ille reus sit in se debito mō dīspōsi-  
tus quia sacm ē signū absolutōis in-  
terioris q̄ interior non p̄comitat nisi sit  
debita dīspōsitio in mente interior ab-  
soluendi.  
**Ad argumēta. Ad**  
p̄mū nō sequitur si peccatū sit simplex.  
sz remediū vindicatiuū vel vindicta pe-  
ne debet esse simplex / iuste. n. pot legilla-  
toz statuere multas penas p̄tiales corre-  
spōdere tanq̄ vna vindictam integram  
vni peccato. / Ad 2<sup>o</sup> dīco qz p̄tia 3<sup>o</sup> mō  
dīcta vt pena p 4<sup>o</sup> mō correspondens  
alicui peccato pot accipi dupl̄. vno mō  
p totali adequate cor̄ndente. z sic vni-  
ca p̄tia z vna pena cor̄spōdet vni cul-  
pe / Et illud si h3 ptes se habet ad illā si  
cut ad ptes integrales. / Alio modo pot  
accipi p̄tia 3<sup>o</sup> modo dīcta: vel pena 4<sup>o</sup>  
mō p generali rōne eius qd ē tenere pe-  
nā vel puniri p culpa licet nō adequa-  
te. Et hoc mō ē totū vlr ad illā q̄ sunt  
ptes integrales p̄mo mō hoc patet i ex<sup>o</sup>  
Esto qz aliq̄s occidat alium iusta pot eē  
lex qz pena corpali puniatur / z pena pe-  
cuniaria amicus: d̄ssū / z vtutis istoz ē  
pena / z pena p homicidio. z hoc mō pe-  
na p homicidio p̄t dīca vlr respectu pe-  
ne corpalis / z pene pecuniarie qz vtutis  
illoz ē pena z p isto peccato. / Alio mō  
accipiēdo penā p homicidio / p pena to-  
tali cor̄ndente illius culpe. / Sic nec pu-  
nitio corpalis n̄ nec pecuniaria tantuz  
pena illa. sed quodlibet istoz est pars i-  
tegralis illius pene. / Et fm hoc pz quo  
modo p̄tia p̄dicatur de quolibet istoz  
trium diuisim accipiēdo p tenentia ali-  
cuius pene cor̄spōdentis culpe / sed nō  
totalit̄ adequate / Et quomodo ex alia  
parte nullum istoz sine alio integrat pe-  
nitentiam vt est adequata culpe. / Ad  
tertium patet qz neq; sunt partes sacra-

menti penitentie neq; penitentie vtutis  
/ nec etiam actus illius virtutis / sed actus  
imparati ab illa virtute qui ē actus p̄xi-  
mus punitiuus / sz pene cōmunicantes eā  
sunt partes effectus remoti actus peni-  
tentie / tamen actus elictus penitētie pos-  
set aliquo modo dīca habē partes istas  
/ non formaliter sed quasi causaliter pro  
quanto ipse ē aliquo modo dīstinctus.  
vt impar istam p̄tē z illam sz h<sup>o</sup> mō re-  
motissime possent dīca partes ipsius vt  
tutis penitētie: vt inclinari ad oēs istas  
infligendas. / Ad quartū dīco qz peni-  
tentie vtutis / z actus eius elicti / z actus  
eius impari? pus exterioris laboriosum  
est fructus / z hoc modo debz intelligi d̄  
opere exteriori operato / Et p̄cedo qz il-  
lud opus exterioris nō est pars penitētie  
aliquo istoz trū modo dīce. tñ ē ps  
eius quod est puniri / quod ē quartū in-  
ter illa pus numerata. z nō ē incōueniēs  
idē eē p̄tē p̄tior fructū posterioris.


**Ecūdo quero**

vtz remissio vt expulsio cul-  
pe z infuso gr̄e sint vna sim-  
plicit̄ mutato. vt qz nō. Aug. de va z  
falsa p̄tia. z ponit in lra h<sup>o</sup> dī. c. 2. Do-  
lendu ē peccatoz nō solū qz peccauit. sz  
qz se vtute p̄uauit. / Et quo sed qz pecca-  
re nō ē se formalit̄ p̄uare vtute / nec pec-  
catum formalit̄ p̄uatio virtutis / sed  
infusio gratie que ē virtus si est forma-  
liter expulsio alicui? p̄uatiōis non ē nī  
si p̄uatiōis proprie. ergo non ē ipa ex-  
pulsio culpe / ergo ē alia materia dolozi  
p̄uatiō virtutis / z ipsa culpa. ergo p op-  
positum expulsio culpe vt virtutis / z resti-  
tutio est alia / z alia materia gaudij.  
Item in moralib? corruptio vitij ē alia  
mutatio ab inductione virtutis / ergo si  
milit̄ hic. p̄batio antecedentis virtutis  
est quedam qualitas positua. vt timiditas  
vel parcitas. non enim omis cārens  
fortitudie ē timidus. sz h̄ns bitū inclinan-  
tē ad timēd̄ / nec ois liberalitate ē p̄c: sed

prope deus ad

ad p̄ticio / p̄fessio / z satisfactio

ad p̄tia / z satisfactio



ad p̄tia / z satisfactio

ad p̄tia / z satisfactio

ad p̄tia / z satisfactio

ad p̄tia / z satisfactio

ad p̄tia / z satisfactio

qui acquisiuit habitū ex frequenter par  
te agere. patet etiam inducendo in vicij  
quia extrema inclinant potentias virtū  
aliter ad habitus sibi conformes. sic me  
dia ad actus sibi conformes. et ista incli  
natio nō est per solā priuationē sed qñ  
sunt forme positue opposite quaz vna  
succedit alijsunt alie mutationes / quia  
quatuor termini. vt patet in alteratōi  
bus a contrario in contrarium. Item  
generatio et corruptio sūt due mutatiōes  
pter quatuor terminos. s. duas puatio  
nes et duas formas. h° est corruptio pec  
cati quod infuit. et quedam generatio in  
esse gratuito quādo grā infundit. g° due  
mutatiōes. Item dispositio et illud ad  
quod disponit nō sunt idem. expulsio cul  
pe disponit ad infusiōē gratie. pbatō.  
quia per expulsione culpe est non inimi  
cus per infusiōē vero gratie est amicus  
sed nō esse inimicū disponit ad esse ami  
cum. Et possit ex hoc formari ratio pñ  
cipalis. quia nō est idem desinere esse ini  
micū. et incipē esse amicū. sed per expulsi  
onem culpe desinit esse inimicus. per in  
fusiōē gratie incipit esse amicus. g° 7c.

Contra. si expulsio culpe sit alia muta  
tio ab infusiōe gratie. aut ergo erit mu  
tatio positua vel priuatiua. vel vt aliq  
loquunt de perditua vel acquisitiua. Nō  
acquisitiua. quia mutatiōis positue ter  
minus ad quē est aliquid posituū. illi  
autē expulsionis terminus ad quē posi  
tiuus nō est alius a grā. nec puatiua. qz  
tunc terminus a quo esset posituius. sed  
culpa nō est aliquid posituū. g° 7c. Item  
si sit alia mutatio hec et illa aliqūe ordi  
nem habebūt iter se pōis et posterioris  
quia ordinant ad eundē finem. et non ex  
equo. qz nō eque immediate atingūt il  
lu. sed nō est ibi dare ordinē. g° 7c. p bō  
minoris. qz si expulsio esset pōr natura.  
g° in illo priorī esset ille amicus. et tñ nō  
amicus. quia nō habens grām sine qua  
nullus est amicus. Si etiā infusio gratie  
esset prior in illo priorī esset amicus. qz

habens gratiam. et tamen inimicus: qz  
habens adhuc culpam.

**Respondeo.** hec sit pma conclusio. qz  
infusio grē et expulsio culpe seu magi p  
prie loqndo remissio culpe non sūt sim  
pliciter vna mutatio. hoc pbatur qua  
druplr. pmo sic. idem simplr nō pōt plu  
rificari. et hoc accipiendo vniformitē idē  
pctatē et plurificationē. puta si reali rea  
liter. et si rōne rōne hoc enī includit op  
positū pmi pncipiū. qz idem vt est idem  
esset vnū et nō vnū. S3 remissiones cul  
parū sunt multe qñ nō est nisi vna infu  
sio gratie. / Eo enī modo quo quis dicit  
peccator post actū peccati transeuntem  
dicit peccator a mult' culpis postq' mul  
tas comisit. et illaz qlibet habet ppriaz  
remissionē. qz qlibet remissio possit esse  
sine alia si tamen illā culpā comisset et  
nō aliam. Item 2° sic. Idem nō separari  
ab eodē accipiendo vniformitē idē p  
tatem et separationē. puta si reali reali.  
et si rōne rōne. quia etiā hoc includit op  
positū pmi pncipiū. s. qz idem vt est idem  
simul sit et non sit. Sed remissio culpe et  
infusio gratie pnt ab inuicē separari. p  
batur tam cōparando pmi ad scdm qz  
ecōuerso. possit enī in statu innocētie in  
genere humano et ita factū est i angelis  
qui nō peccauerūt grā infūdi absqz cul  
pe remissione. quia nulla culpa infuit.  
Simpliciter potest culpa remitti absqz  
hoc qz gratia infundat. potest enī de  
potentia absoluta hominē creare in pu  
ris naturalib' sine culpa. et sine grā. ergo  
et post lapsū talē reparare et ita remitte  
re culpā sine infusiōe grē. Euidētia ista  
rōnis patet supra in qōne de circūcūsiōe  
di. pma. 3° sic culpa et grā non sunt for  
maliter opposita nec formalr repugnā  
tia. p bō. quia tūc agens effectiue vel de  
fectiue potens sup esse vni' possit effecti  
ue vel defectiue sup non esse alterius. vt  
patet vniuersaliter in incōpossibilitibus.  
voluntas autē causata potest effectiue vel

defectiue sup esse culpe. quia ab ipsa est  
culpa qz ipsa posse effectiue vel defectiue  
sup nō esse grē qz est falsū qz grā non d  
struit nisi adhibetur. sed creatura non  
pōt aliqd adhibere. Patet g° p pō. s.  
qz nō ē formalr repugnātia inter culpā  
